

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi.
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestam nerezum M. Petri a Jena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensem.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomea.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestane Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Calumnijis
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Veraliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrus Dn. Johannis Guac
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli Italio-Saxonis.
- XXX. Adami Forweroy Frederici Steseris Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisseri
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johannis Amlingi Nicolai May.

VIRI

REVERENDA DOCTRINA; ORTHODOXA
fide præstanti Virtute Clarissimi Dn.

M. SIMONIS Saligen /

AMPLISSIMI, PRUDENTISSIMI ET
Litteratissimi Viri, Dn.

JOHANNIS,

Inclute Veteris MAGDBURGÆ

Protopoligraphi laudatissimi solertissi-
mi; Filij, SPONSI;

Et Lectissima Florentissimaq; Virginis

MARGARETHÆ,

*Amplissimâ Prudentiâ, & circumspiciatissimâ
Experientiâ celebris Viri, Dn.*

JOHANNIS HERMANNI,

Senatoris - Camerarij CALBENSIS honora-
tissimi, Filix SPONSÆ.

Gratantur Agnati & Amici.



TYPIS

ANDRÆ BEZELN,
MAGDEBURGÆ.



I.



Conjecit tandem tua Cypris in ora lu-
paturus,
Simon, Christicolūm Pastor honore
gregis;
Margaris ecce tuos datur impletura
Ut sit pars anime delictumq; tuae (lacertos
Sic qui liber eras, sis manceps conjugis usu,
Kursus & astricta est usibus illa tuis;
Gemma quod est etiam, quae dicitur unio, cordi.
Hoc est adflicto saepe futura Viro.
Hac fruere, hac varios abiget medicina dolores,
Sed tamen hac monili percipe verba mei;
Fac Sponsae obtineas cognomen, sponsa tuumq;
Ut sit commissae fida M A G I S T R A domus.
At cave sit D O C T O R S I M A N, frenumq; guber-
Tota sed à nutu pendeat illa tuo. (net
Sic eris H E R M A N N U S, multisq; negata maritis
E Brumbeyanā sus tibi cedit bara.
Claudivo jocum precibus, Deus hos ut prosperet ausus
Et donet, thalamum quod beet omne, tuum.
Sufficiat socij numerosaq; pignora lecti,
In mores docti quae genitoris eant.

Chri.

Christi VI per Vestros Ecclesia Crescat a LV.
Quae semper laudum sit studiosa DEI, (Mnos
Vivite concordēs, facundo vivite lecto,
Cetera vos Genius noxq̄, Venusq̄, docent.

ELIAS POMARIUS, Pastor Petrinus
apud Magdeburgenses.

II.

Næ Tibi, quod Reliquis, acclamitet
ille Menippus,
Heus Simon, dormis? jam vigila-
re tuum est. (stulat ordo,
Ceu vigilando Choro servis; Sic po-
Nunc novus, & socio Te vigilare Toro,
Tu vigiles igitur, vigiles, ut posterus Annus
Audiant, & videat, Te vigilasse DEO.

M. PETRUS SALICHIUS, Se-
nior Pastor Burgens: Primar:

III.

Uàm benè SALICHIUS sibi subre-
pente repente
Brumâ, consortis consulit igne tori?
Nam frigere diu, sociâq̄ carere, mole-
Rebus ubi refert consuluisse domi(stu

O amor! ô ignis suavis quàm suaviter in te

MARGARIS ingenui virgo pudoris habet,

A 2

Hanc

Hanc redama, blandis amplexibus apprime labris,
Plusq, satis tepido suesce calere sinu:
Illa tibi requies, solamen, lumen & omnis
Illa rei certò cura futura domus.
Tu tueare tuam, prece, jussu, munere, cultu,
Et calamo Spartam, Nupta pudica colu:
Sic pius à Domino multo satiabere fructu,
Et spectabis agro germinata tuo.
Quod precor ex animo, Deus optimus annuat & te
Cum Nupta saluum sorte favente beet,

Ex animo Gratulor,

M. JOSEPHUS GOETZIUS, P. Cæs
Schola Magdaburg. Rector.

IV.



UÆ resoluta ruunt, subitumvè mi-
nantur hiatum,
Hæc Ignis cogit, roborat, unit, alit.
Non Ignis calidus nimis, haud nimis
esto remissus!

Ignis, divinam vim, moderatus, habet.
Est, Amor, Ignis, Hic ignis in interioribus hæ,
Visceribus cordis, luce micante, calet. (rens
Ignis, Amor, carnem, duo corpora cogit in u-
Ex his unitis, plura subinde creat. (nam!

Mirus

Mirus hic Ignis, Amor, si non pomæria, Di-
Transiliat legis, gaudia mira parit. (vûm
Hic amor, hic ignis, te, Sponse, Vir Inclute mi-
Cum costa castâ fœdera jungit! Ova! (ro
Corpora, disjuncti, vos annon hina fuistis?
En ex unitis profilit una caro.
Vrat hic Ignis, Amor, recreet, delectet, & am-
Proventu vobis pignora multa ferat. (plo

M. TOBIAS CUNO, Magdabur-
gi ad D. Petrum, Diaconus.

V.

Ad SPONSI Parentem

O D E.

Næter beatum dixero ego virum
Cui liberorum copia proxima
Solatium præstat senectæ,
Ac genio titulum meretur,
Non absq; summa laudis adoreâ.

Qualis propago ritè Salingica
Crescit, nec occultis in altum
Surgit honoribus & corollis.
O quàm decorum est artibus imbui:
Ars & latentem clarificat virum:
Nec nescit edoctam Parentis
Ingenni Sobolem beare.

A 3

Stir.

Stirpem beatam, quæ tulit optimos
 Ramos vigentes viribus ingeni;
 Atq; insuper prolem politicam
 Eusebius potiore curâ.
 Quin flos virorum atq; ô caput optimum
 SALINGE, faustis quam benè Nuptiis
 Incumbit alter Filiorum,
 Et tibi letitias perennat:
 Hinc ille Sponsa pergat amoribus
 Esse implicare, ac de melioribus
 Vultu sereno, hanc Nymphularum
 Seligere: unde Talasfionem
 Fas est parari, quo magis integer
 Cluere pergat, dum sibi corculum
 Adstringit, & suadet Cytheris
 In simili residere flammâ.
 Pergat jugalem sternere lectulum:
 Quod si cupitam ardore reciproco
 Sectetur, est quæ expetendam
 Gratuler introjisse lætam,
 Ad Sponsum & Sponsam.



I Veneris flammâs sentis, penitasq; me-
 dallas
 Urit Amor, justo sociam tibi fœdere
 iunge:

Tatus

Tutus eris, placidam carpent tua membra quietem:
Nam contra Veneris stimulos est suave malagma
Conjugium, unde trahit primas Ecclesia plantas:
Gratulor ergo tibi S A L I N G E iugalia vincla.
Accipias Sponsam: tibi floreat arbor honoris
In tam blandiloquâ costâ, tibi gaudia neſtat,
Quam pridem pietas, pudor & bona fama coronat.
Ipsa sit, optatos tecum quæ Nestoris annos
Exigat, & multa faciat te prole Parentem.

Et tu, Sponsa, tuum blandis comprênde lacertis
Sponsum, qui Charis in natus, natusq; Lepori,
Eusebies hausit latices, & dogmata cœli
Perdidicit, Christi dum Pastor curat ovile:
Non certè exiguum decus est, nupsisse marito,
Quem sua commendat Virtus, & cura Jehovæ:
Felices ambo solidâ virtute fideq;
Vivite concordés, toto quos pectore junxit
Auctor conjugij: longevi Nestoris annos
Vivite, de terra dum cœli templa petatis:

Coll. opt. mo suo Jure meritoq;

Sc.

Johan. Angelius VVerdenhagen
Inclut. Reip. Magdeb. S.

Ad

VI.

AD SPONSI PATREM,
meum Mecænatem.



*Æ! nihil est hodie non omni parte beatum.
Tu solus, si sit nemo, beatius eris,
Scilicet ille meret dici omni parte beatus,
Qui meruit Domini iussa verenda DEL.
Ille etiam meruit dici omni parte beatus,
Cui solidum conjux cinxit amica latus.
Ille etiam meruit dici omni parte beatus,
Qui Pharetram replet & prole frequente torum.
Hæc cui sunt, Populus dixerunt ritè Beatum,
Jovæ favens, conjux fida, propago frequens,
Adde propago si sit Honoribus æqua Parentum,
Qui videt hoc vivus, jure Beatus erit.
Ergo ante & post fata beata BEATE Beatus
Ipse BEATORUM dicere jure parens.
Curia, Tempia, Domus, sunt hæcenus aucta tuarum
Flore BEATARUM, Bigæ & honore Virum,
Reliqua te vivo si Trigæ superstitæ crescat
Ut ferat augmentum CURIA, TEMPLA, Domus,
Ante & post tua fata beata BEATE BEATUS
Ipse BEATORUM dicere jure parens.
Ut possis, hodie ex nato ceu gaudia carpis,
Gaudiæ de Trigæ sciterare tuâ;
Ista meis est in votis res una, piorum
Imò una in votis res ea tota Virum.
Nimirum sic est: Homini non ultima semper
Expectanda diest gaudia quæ replicet;*

Hoc

Novis sponſis.

MARTHA ſubit thalamū GORITZIA; Grator honori,
Atq; opto ſponſis fata ſecunda novis,
Dīa Charis iugi duo pectora nectat amore,
Coniugiumq; omni proſperitate bect,

Id novis Conjugibus
precor ex animo

M. Jo. Frid.

CArmine gratari tibi vis doctiſſime Sponſe,
Et bona conjugio dicere cuncta tuo.
O benè: carmen habes de promptum pectore lato,
Atq; ferens ta dis proſpera cuncta tuis.
Vivite conſtantes, pietatis amore calentes,
Sit ſine triſtitia, ſit ſine lite, thorus.
Vivite felices, veſtros nec turbet amores
Ulla dies, ſemper duret & urat amor.
Vivite concordēs, multos feliciter annos,
Donec vos ambos auferat una dies.

M. Thomas VVeinrich, verbi div.
ad D. Nicolai Lipſ. Miniſter.

QVæ petis, in veſtram paucis incluſa ſalutem
Votamodis cedant; ſint rata, Chriſte, precor.
Conjugium præſens ſtet ab omni parte beatum,
Atq; fluant ſemper proſperiora toro.
Gratia ſumma DEI veſtrum præcingat amorem,
Protegat & ſervet, compleat atq; bect.

B

His



His tamen obtrusit si quid fortuna sinistra,
Id vobis fato dexteriore cadat.

M. Johannes Müller,
Profess. Organia.

Ad Sponsum.

Conjugium quod inis Jovæ moderamine, nec non
Consensu unanimi, fata secunda manent.
Hinc merito Vestris tædis gratantur amici,
Fundentes summo vota & precesq; DEO.
Addo meas etiam: Vos ditet corpore sano
Jovæ, & prole thorum, pace bonisq; domum.

Honoris ergo F.

M. Christianus Lange
ad D. Nicol. Diac.

In gratiam Φιλεβεβίων, καὶ τῆς ποιμνίας τῆρ
πνῆ ἕνεκα.

משוש לב מאל לך ידך חתן
אשר את הראש טוב לך נתן.
בתולה חתמה ואת כלה
אשר בה לא גאון ולא עולה.
אדני יתן חין והון לכם
בכל אשר יחדיו יהי ביתכם.
למען הי ראו פה בהון בנים
זכשתילי זיתים בשמים.

M. Jacobus Andreas Graul
S. Ling. Professor.

LIPSIA laudabam nuper tibi MOENIA Frater,
Quas MEA delicias MISNIA mater habet.

LEBSE

LIPSICA delicias dicebas *MOENIA* terra,
 Teutonici longum quâ patet orbis iter,
 Et *TU* hic merito. Te non pia *PATRIA* Sponsam,
 Te non *CATTORUM* fecit amica *Venus*.
 Nec *THURINGORUM* te, *ALSATORUM* *VE* voluptas.
 Hinc revocare potest; *LIPSIA* sola potest:
 Non propter *Rastrû*; sed propter amabile rostrû Luc. 10. 38.
MARTHÆ, quo tandem basia danda firat. Johan. 11. v. 20.
 Sic tibi delictum constans sit *LIPSICA MARTHA*,
 Qua sequitur tadas officiosa tuas!
 Sic sint *SAXONICÆ* perna, & farcimina constans
 Delictum *MARTHÆ*, dulcia dona socrus!
 Sic bona cuncta torig, soli q, poliq, benignus
 Vobis *JOVA* dabit. *DA DEUS ALME DATOR!*

M. Ezechiel Vogelius,
 Pædagogii Göttingensis Con-
 rector.

TE *THEMIS* alma suis, Neonymphe, amplectitur ulnis;
 Te trahit in thalamos & sua jura *VENUS*.
 Gratulor ergo tuæ geminæ ob duo munera fortis,
 Ob geminas sponfas, sponse novelle, tuas.
 Det tibi Sponfa, *THEMIS*: *VENUS* & tua spōsa precamur,
 Munera multa foro, munera multa thoro!

M. Andreas Saver.

Munera dum Sponsis certatim, ut pignus amoris,
 Convivæ donant, & pia vota ferunt.
 Promore, & merito votum superaddo, *JHOVAM*,
 Ut thalamo præsens adsit ubiq, rogans.

B 2

Quamq,

*Quamq; ipse accendit flammam quaq; ventilet; atq;
Adjiciat votis uberior a me.*

M. Michael Zeidler, Facul.
Philosoph. Assessor.

DEsuper à Domino pudibunda puella marito
Fertur in uxorem, quæ placet usq; solo.
Perplacuisse potest sic *Martha* marita per ævum,
Quam Deus ipse Tibi dat pie Sponse benè.
Ceu vos conjunxit rutili moderator Olympi,
Sic malus *Asinodes* non violare valet.

M. Caspar Schuman, Phil.
Facult. Coll. F.

Quod fugis, hoc voveo: quod non vis, opto: quis est qui
Me satis ampla Tibi vota vovere negat?
Nempè tibi Majus, Tibi sordet *Julus*: at in quo
Sponsus agas, medius *Junius* eligitur.
Quod fugis, hoc voveo: Majum fugis: at fugienti
Majus & & majus comprecor ipse bonum.
Quod non vis, opto: sed non vis *Julium*? *Julus*
Parvus ut in cunis vagiat, ipse volo.
Tàm bona cum mea sint igitur contraria: nostrum
Dic mihi, uter melius sentiat, aut habeat?

M. Andreas Corvinus Prof.
Orator. Publ. Sponsæ affinis.

I. Ad Sponsæ Dn. παρρωών.

ÆMule Brettanam *PHILOMELAM* Lisca, probandi
Qui canonem veri non sine laude doces:

Quòd

Quod Pater, haud genitor; vitricus, non-vitricus; aptum
Filiolæ, haud nata, festa thorumq; paras,
Lætor ego tecum, & voveo fausta omnia tecum,
Quanta vovere suis verus amicus habet,
Cum decies sexto te tertius aspicit annus:
Hic te relinquat, quem modò te reperit.
At verò sponfos, quales deprendit hic annus,
Mutet: ut ex ipsis sit vir hic, hæc mulier:
Ac tibi, ceu generum, parvos det Martha nepotes,
Tuq; avus hinc fias, fiat & ille pater.

Ad Dn Sponsam, ad cuius nomen alluditur.

URE, SECA, antiquum est multos medicamen in æ-
gros:

Est quoq; si rectè pondero, morbus Amor.
Uri aliis morbis tolerantius, atq; secari est:
Uri in amore dolet, sectio multà placet.
Hactenus ussisti; nunc fac, quod nomine præfers,
Atq; tuum corium in lora minuta seca.
Plures in partes scissum varietur oportet:
Sit Martha olim etiam ter triplicata, precor.

Funde b.

*M. Christianus Gallus, Hal.
Facult. Phil. Collega.*

Creditur à multis non frustra certa puella
Lis opibus semper cum pietate solo.
Hinc quanam virgo, si nubitis, esse putetur
Anteferenda, homines addubitare solent.

B. 3

Raye



Rara manet quandoq; bona concordia forme
Atq; pudicitia, sic Galatea licet.
Pandora mala quaeq; valant è pyxide pulchra,
Sape sub aspectu tristia damna latent,
Felix cui nihil est; fuerant haec vota Tibulli;
Sed forsitan certâ fixatione cupit.
Hinc celebranda boni seruet monumenta decoris
Non ea pulchra nimis, non opulenta nimis,
In primis pietas superare valebit amata,
Omnia quae mundus suscipit usq; magis.
Dotibus hisce cluit Tua Sponsa pudica reapse,
Hinc pie Sporse tibi debita vota lito.
Demittat Deus ipse polo Tibi pignora, caelum
Quaeis plantans ornes, letificesq; Tuos.
Prosperius gaude socia cum compare vite.
Iova statum talem deseruisse nequit.
Sic felix felicia quaeq; videbis in orbe,
Quaeq; Tibi voveo pectore, voce, stylo.
Gratulabundus mittebat

M. Andreas Ehrlichius
Mitvv.

AV gustum validis suspensum hoc aspice caelum
Claustris, & mundi solem oculum aetherei:
Quin Lunam, & reliquos parvâ de gente Quirites,
Sidera, quos caeli currere purpureas
Ante fores iussit Magni mens Provida Mundi,
Concorde s; suis legibus ire simul. (hoc
RIEMSCHNEIDERE, vides? Thalamus spectabile caelum
Sed quorsum viduam, & lucis honore carens?

Tu

Tu præsta solem, liquidâ qui luce serenet
Lætior obscurum pectoris interior.
LYSCIA Virginei palmaris ad orea sexus.
Ibit in alternas Cynthia pulcra vices.
Quàm benè! Sed bona vos nunc condite secula, NUPTI,
Et sudum niveo cœlum in Amore fiet.
Sit sine face dies, & nubilus exulet annus,
Nòx surgant tacito sidera mille polo.

prop.

M. Thomas Gebhelter / Lips.
Schol. ad D. Nicol. Collega.

Παμήτρεα Φύσις πολυγηθεά καρπὸν ὀπάζει
γῆς ἐπι, πηλογοίοις χάρματα πολλά βροτοῖς.
Ἄμπελον ἠδὲ τεῶν ὄσφι κηλοῖ δώματι, πάσης
ἀρχῶν ὅσφι Φύσεως, κοσμοφύλαξ τε πέλεις.
Ἄμπελον, ἢ γλυκύκαρπῳ ἔρη, καὶ ἠδὲ ἰδεσμῶν
ἀμφιπλένη κεφαλῆν, σῆθεα ἠδὲ τεῶν.
τὴν σέο Ὀτυχήν μέγα χαίρω, καὶ λίαν ὄω,
ὀδμήν ἠδὲ πνοὴν ἄμπελῳ ἠδὲ πνέη!

M. Bartholomæus Beck Döbelensis
S S. Theol. Stud. Al. El.

Ad Sponsum.

Nactus es indignam non te pie Sponse puellam,
Corporis insignem pectoris atq; bonis.
Aspice formosos tenera cum fronte capillos,
Quos & Apollo suum vellet habere caput.
Aspice ceu rutilas flagrantia lumina stellas,
Et cum purpureis labra decora genis.

Flas



*Hæc tibi multa feret solatia, gaudia multa,
Noverit illa tibi mille placere modis.
Grator ego tædas, & prosequor omine lato,
Et summi sponsis oro parentis opem.
Vivite Mathusala longævi temporis annos,
Vestraq; sit multâ prole beata domus.
Filius ante oculos patrem, sibi filia matrem
Proponens, studeat laudare referre pari.
De sine Pierios mecum lyra, de sine cantus,
Hæc satis est Sponsis nos cecinisse piis.*

faciebat Lipsiæ

M. Georgius Beumchen/
SS. Th. Stud.

Rimschneidere tuis voveo lata omina cœptis,
Dum thalami fausti fœdera sacra paras,
Cœtera quæ pœscis tibi suppeditabit Jova,
Qui primus thalami fundus & autor erat.

Jacob Schultes, Sponsæ
Sobrinus.

MArtha soror Charitum tibi tandem ducitur uxor,
ZACHARIA, Aonidam gemma, Themistos amor!
O factum benè! Verus amor rubiginis expers
Hactenus, et ætem postmodo ferre meret.
Hoc voveo; & sponsam, quod spondet nominis omen,
Ut pia fata velint, cen tua vota, RATAM!

Con-

*Conjugium ergo ratum quidni sit, & undiq; felix,
Quod vovet Eusebie, quod jubet ipse Deus?*

Affini L. M. applaudebat

Stephanus Colerus Mul-
husâ - Duringus.

Ex L. I. C. Quando liceat unicuiq; sine Jud.
se vindic.

Melius est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare.

Regula iudicii bene suadi certior hæc est,
Quam sapiens genii ponderat asse sui:
Ut ventura videns ægræ symptomata mentis,
Illa levet primo temporis articulo.
Nam serò accepta medicinam clade parabis,
Vulnera cum longis invalere moris.
Hoc si quis trutinat, trutinas exactius herclè
Tu mihi, præclaro sponse vir ingenio:
Vix bene sensisti primos sub pectore motus,
Teligero dubias concutiente faces,
Inventâ sanans affectam virgine partem,
Vulneribus certis non finis esse locum.
O faciant alii quod tu facis: omnia testor
Numina, quisq; brevi tempore sanus erit.
Vulnera non aliis sunt persananda emplastris,
Quæ validâ Dominus cuspage fecit amor.

Honoris & amicitie ergò f.

Sebastianus Almerus Bre-
mensis Saxo.

G

Cum



Cum voto prosperitatis.

Disperereat male sanarudis prædictio vulgi,
Qui procul ex oculis, est procul ex animo!
Mens animusq; TIBI melior, Doctissime SPONSE,
Dum comples SPONSÆ fœdera sacra Tuæ.
Diceris excelsi Ithovæ memor esse; Tuiq;
Ipse memor. Id nomen utrinq; refert.
Hoc erit Omnipotens TIBI, si benè Tu urseris illud,
Sic modo qui SPONSUS, mox PATER amplius eris.
MARTHULA quæ TIBI nunc audit Lectissima SPONSA,
Post erit haud magno tempore magna PARENS.
Fiat! Felices duo corcula corpore in uno
Vivant & vigeant. Quid magè, quaeso, precer?

Ita ex animo vovebam

Nicolaus Neisser Bo-
russus.

Attrahit ut magnes ferrum: sic te Tua nuper
Traxit de patriis MARTHULA, SPONSE, focis.
Nil cognatorum contra suadela valebat,
Nec maternus amor sistere te poterat.
Numine divino sic disponente, trahendi
Vim tantam solus MARTHULAE habebat AMOR,
Hoc in Amore diu vos ut conservet utrosq;
JOVA potens, imo ex pectore, SPONSE, precor.

Georg. Mochingerus Torun:
Boruss. Φιλίατρος.

Tem-

TEmpore sat longo blanda est detenta sub umbra,
Arbustumq; petit, corpore lassa Venus.
Jamq; vagata diu lucos per, & in via, sylvas,
Nescia quo tandem cauta pararet iter.
At redit, haud pullata, toroq; reducit amores
Antiquos, additq; urere, nulla timens
Sæva pericla, ignes, si quos natura redonat.
Quid superest igitur? nil nisi vota dare:
Dulcis sit thalamus, florens ac prolifer, unde
Latitiâ liceat prosperiore frui.

Caspar Döring.

Cur huc usq; ingressa, soror dulcissima (miror)
Sis tristi vultu, gestu, gressuq; remisso:
Nunc verò lateris ovans, mera gaudia lætâ
Mente geras; oculi saliant, cor subsiliatq;
Miror, Ego miror, si fas est vera fateri.
Ah, quid ego miror? mirari desino, namq;
Sponsus adest, En sponsus adest ille ille venustus!
Sponsus, cui sacri Tu, dante favente JEHOVA,
In sacra vincla thori venies citò, bella puella.
GAUDE IGITUR, DILECTA SOROR, NUNC GAUDIA
GAUDE,
GAUDIA, QVAE NEMO TOLLET, QVAE NEMO RESOL-
vet.

vovet

Christianus Lisca, frater
Sponse.

C 2

Plastes

Plastes quod necit, non debet solvere Placita,
Confirmat hoc votum ipse homo;
Firmat & ipse Deus.

En Te Zacharia (Euge) illexit amore Cupido,
Formosa placuit pectori
Martha puella tuo.

Quod si igitur tibi nunc ea Martha venusta locatur,
Felix sit hoc Connubium,
Vivito semper amor.

Præsens esto Gamelie, & esto Thalassio præsens,
Donis secunda nuptias
Has Hymenæe tuis.

Vos & in Aoniis habitantes montibus Eja
Nunc pangitote dulce hymen,
Plectraq; Phæbe move.

Adveniant Hora, Dryadesq; venite puella,
Ex floribus nunc splendida
Serta parate citò.

Vivite concordēs, & res defendat Jovæ
A damone omni tempore,
Viviteq; ambo diu.

vovet

Christophorus Ungarus Roch-
licensis Alum. Elect. & Phil.
Candid.

Ex illo Decretal.

Uxorem ducere est navigare.

Can. Nos novimus 17. q. 2.

Eμπερὰ τὸ βυθὸν οἶδμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
ὅσις ὁμοζυγίης ἔλκε ἀλυκτῶ πέδιλον.

Πλάτ.

Πλαζόμενοι χερσὶν καὶ ἡερσίδεα πόντον,
δυωνέων καμάτων ἀλγεα δὴνὰ ἔχθ.
Σὺ δ' Ἐυρὸς τὰ Νότῳ πῆρεϊ, Ζέφυρός τε δυσαῖος
Θρηκίης κρυερὸν καὶ Βορέας μένῳ.
Νῦν μὲν ἐπισπέρχου ἀέλλα ἐς ἕρανόν Ὀρύν
αἶφα μάλ' ὠσίξει νῆα θαλασσοπόρον.
Νῦν δὲ ἴσσο βρύχιος τίθειαι ἴσσο κύματ' ὀρμηῆς
ἔδὲ πάλιν δύναται ἀνχεθεῖν ταχέως.
Ὡς μογεροῖς ναύτησι προσείκελ' ἔτ' ἐτύχθη
ὄν παρὰ κοῖλιν ἐλεῖν φίλτατον ἦτορ ὄρει.
Τὸν καμάτων Φορέει ἀέγα κύμα κατὰ ῥοὸν αἰνῶν
ἀλγεα καὶ πάχει ὄν κατὰ θυμὸν αἰεί.
καὶ ἄρα νῦν αἰθρηγενέτ' Βορέας πνέοντ'
ἴσια τῷ ἕρω ἐκπέτασεν λιανῶ.
Νῦν δ' Ἰπμισγομένων ἀνέμων ἐλθῆσαι θύελλα
δεινὸν ἐπὸ στυμένη πολλὰ τίθει κακά.
καὶ προσέειπεν χερσὶ γλάρος πεισματωῶν
κωκυθῶ βρεφέων, χρεῖω, ἀκχέμεναι.
Ἀλλὰ δέ σοι, Νεάνυμφε, θεῶν ὑποφῆτα, θέμιστος
ἔκ ἐνὶ σῶ θυμῷ μέμλετο ταῦτα βλάβη.
Μηδὲ ἀτύξο κύμα πολυστόν' ἀμφιτέρας
μησυγερόν σαθερὴν ἐλπίδα δαίμα ἔχθ.
Τῆνεκά σοι ὅπασθεν ἀπήμονα ἥσυχον ἕρπον
κύμασιν ἐν μεσάτοις ποντομέδων ὁ θεός.
καὶ πέτρας σὺ ἐπηρεφέας δεινήν τε χάρυβδιν
καὶ σκύλλην διώεαι λωγαλέην προφυγεῖν.
Οὐρανὸν εἶγε μέγαν νέφεα σκίεντα καλύφει,
Μάρθα σε ἀμφύξεν κερδὶ ἀλοχῶ.
καὶ τὸ τέλει νῆος αἰεὶ εὐπλοῦ ὑμῖ γνοῖτο
καὶ Ζέφυρος χαρίεις, ἀνέφελός τε πῶλῳ.

Johannes V Vernicius Sceudic.
Philosophiæ Baccal.

EN Themis & Probitas casto se foedere jungunt!
Grataq; jam subeunt vincula conjugii.
Præmia virtutis comites comitentur Easdem,
Inclyta prosperitas, prospera vita, salus.

*Johannes Sagittarius,
Rehlic. Stud.*

Περσωποποιία τῆς Ἀφροδίτης.

Ηΐδε γαμβρὲ, μέλησθε, κεραιδὶστέ ἀλόχοιο
Ἀρήκτω δεσμῶ, ὡς θεμὶς, ὄψι, δέω.
Ἐκ θυμῶ γλυκερῆσ γηθήσατ' εὐφροσῶσιν
καὶ με φίλην ὑμῶν ἀμφαγαπήσαθ' ἔλωσ.

ἑξαίφηνσ

ἑποισάμην


ΙΟΑΧΕΙΜΟΣ Ο ΒΕΣΕΜΑΝΝΟΣ
ΣΑΞΩΝ.

Ἐν ἔτῃ τῆσ χειρογονίας

Α, ζ ζι.

F I N I S.







Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
sb

Sik. 18 u. 25 nicht in FICA,
da Hschr. +90


8-14

24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M






Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



...; ORTHODOXA
...mi Dn.
S Saligen /
...TIS SIMI ET
...NIS,
AGDBURGÆ
...sismi solertissi-
...NSI;
...*Virginis*...
THÆ,
...um spectatissimâ
...Dn.
...MANNI,
...LBENSISHONORA-
...PONSÆ.
...*Amici*.
...ZELN,
...GÆ.

